

dilexit^s multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit, ut Luce, VII, in fine³⁹⁸.

75. Et de ista venacione scilicet adulatoria dicit IERONIMUS ad Eustachium : Naturali ducimur malo et adulatoribus nostris libenter favemus³⁹⁹. Ad idem dicit GREGORIUS, VI^o, q. I^a : Sunt plurimi qui vitam bonorum fortasse amplius quam debent laudant et ne aliqua elacio de laude subrepat, permittit omnipotens deus malos in obtrectacionem et obiurgacionem prorumpere ut, si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est quod doctor gen-[F, 144^v]cium se in predi-[G, 126^v]cacione currere testatur inter infamiam et bonam famam, qui eciam dicit : ut seductores et veraces⁴⁰⁰. De quo GREGORIUS loquitur, XI^o, q. III^a, Inter⁴⁰¹. Quomodo non hominum linguas sed consciencias curare debemus et cum omnibus pacem habere, quantum ex nobis est.

76. Est et alia venacio oppressiva hominum et omnibus illicita. Unde Genesis, III^o et IX^o capitulis, et transsumptive legitur VI^a di., Hiis ita, in fine : Cepit Nemroth robustus esse venator coram domino. Id est oppressor et extincor⁴⁰², permittente domino, cuiusmodi sunt omnes tyranni et oppressores pauperum.

77. Est et alia venacio [D, 227^v] occupativa, scilicet clamosa, saltuosa, que in saltu seu in' nemore fit, hominum, canum et avium multitudine congregata. Et hec omnibus est interdicta tempore quadregesime et ieiuniorum seu precipuarum festivitatum, quibus homines debent convenire in ecclesia et orare. De quibus Extra, De feriis, c. I^o⁴⁰³. Sic aliis diebus feriatis vel

^s quia dilexit] qui diligit G
ⁱ in om. G

398. Lc 7, 47.

399. HIERONYMI Ep. XXII, ad Eustochium, n° 24 (PL 22, 410).

400. DG, pars 2a, causa VI, q. I, c. 11 (FRIEDBERG, I, 556). Emprunté à GREGORII MAGNI Epistolarum l. XI, ep. XLV (PL 77, 1158).

401. Ibid., causa XI, q. III, c. 55 (FRIEDBERG, I, 658). Emprunté à GREGORII MAGNI Epistolarum l. XI, ep. II (PL 77, 1120-1121) : «Inter verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum est, et si in ea non invenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet; et rursus si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines locuntur, in magnam debemus laetitiam prosilire ...».

402. DG, pars 1a, dist. VI, c. 3 (FRIEDBERG, I, 11). Emprunté à Gen. 10, 9 et à partir de id est à BS, t. I, col. 178.

403. Decret. Greg. IX, l. II, tit. IX, c. 1 (FRIEDBERG, II, 270) : «Ex concilio apud Compendium : Omnes dies dominicos a vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus observari, et ab omni illicito opere abstinere, ut in eis mercatum minime fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortem vel ad poenam iudicetur, nec sacramenta nisi pro pace vel alia necessitate, praestentur».

venio per gloriose

Compendio nota 370

226 v f.

de Adulter
de sum
l. VI
tit. 5
De venal.
Tript.

quod de dicitur occupat

{ quot modos dicitur venatio:
quodam enim dicitur opprobria
sive u' gloriose honoris
unde Gen. ...
sive in hunc modum
alio etiam in ...
- hinc est arboribus

Bolner - v V
de dicitur venatio
Episopa
88 2-1

non feriatis clericis omnino est interdicta, non laicis, maxime tempore necessitatis.

78. Unde ex concilio tolletano IIII^o dicitur: *Irreligiosa consuetudo est quam vulgus per sanctorum solempnitates agere consuevit. Populi qui debent divina attendere officia saltacionibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed religiosorum officii perstrepunt. Hoc etenim ut ab omnibus provinciis depellatur, sacerdotum et iudicum sancte cure comittitur, ut De penitencia, di. III^a, Irreligiosa⁴⁰⁴, et ibi in c^o Ieiunia, in fine, dicitur: Die autem dominica nichil aliud agendum est, nisi deo vacandum. Nulla operacio in illa die sancta agatur, nisi tantum in ympnis et psalmis et canticis spiritualibus dies illa transigatur⁴⁰⁵.*

79. Quieta autem, puta cum rethibus, laqueis et canibus, cum silencio et modestia laicis est permissa, sed clericis interdicta, ut *Extra, Ne clerici vel monachi secularibus se immisceant*, c. I^o, ubi dicitur: *canes vel aves sequi ad venandum... et hiis similia ministris altaris domini et monachis omnino contradicimus⁴⁰⁶*. De quibus ait APOSTOLUS: *Nemo mi-[G, 127]litans deo implicat se secularibus officiis*, ut ibi⁴⁰⁷. Et concilium generale: pena venatoris episcopi, trium mensium a communione suspensio, presbyteri, duorum, dyaconi, ab omni officio⁴⁰⁸. Est et alia pena, quia *venator currit per devia, sicut diabolus cum ducit animam captivam*, secundum RAY⁴⁰⁹, GOFF⁴¹⁰ et HOSTIENSEM⁴¹¹. Hec per doctores in c. primo, *Extra, De clerico venatore⁴¹²*. Est et alia pena de qua LXXXVI di.: *Esau venator erat, quoniam peccator erat et penitus non invenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem. Piscatores invenimus sanctos⁴¹³*. Dicit glosa: *Quia maior est delectacio [F, 145^r] in venacione. Dum enim quis est in venacione, nichil potest de divinis cogitare. Hec ibi⁴¹⁴.*

" ut om. G

404. DG, pars 3a, *De consecratione*, dist. III, c. 2 (FRIEDBERG, I, 1353).

405. *Ibid.*, c. 16 (FRIEDBERG, I, 1356-1357).

406. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. L, c. 1 (FRIEDBERG, II, 657).

407. *II Tim.* 2, 4.

408. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XXIV, c. 1 (FRIEDBERG, II, 825): «*Ex concilio Aurelianensi: Episcoporum, presbyterum aut diaconum canes accipitres aut huiusmodi res ad venandum habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate saepius detentes fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur; si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio suspendatur*».

409. Dans sa Somme, Raymond de Peñafort ne traite pas *De clerico venatore*.

410. G. DE TRANO, *Summa...*, p. 219^{ra}.

411. H. DE SEGUSIO, *S. A.*, c. *De clerico venatore*, f^o 316^{ra}.

412. Cf. n. 408.

413. DG, pars 1a, dist. LXXXVI, c. XI (FRIEDBERG, I, 300).

414. DG cum glosis, pars 1a, dist. LXXXVI, c. XI, col. 411.

Bofne
de venatore
Hic
vi p. 111

Darius

Et rethorem
quae non licet
venatoribus
fieri pascen
ut de canibus
di. v. nunguo
v. vide

*universaliter in omnibus male et pessime administravit, tam in spiritualibus quam in temporalibus, et quod fuit et est [F, 145^v] bonorum ecclesie romane et ceterarum terrarum ecclesiarum et rerum ecclesiasticarum ac eciam ad ecclesias pertinencium maximus et plus [D, 228^{ra}] quam de aliquo alio fuit lectum vel auditum dilapidator et dissipator pessimus et inutilis et dampnosus administrator atque universali ecclesie et toto populo cristiano scandalosus, carnis vicia per omnia colens, incontinens et infinitis criminibus irretitus, male fame et pessime condicionis, adeo quod in Ytalia et quasi toto capto vocabulo et similitudine a quodam inhumanissimo gencium armorum capitaneo Bulderinus appellato eciam papa Bulderinus vocitatur. Et sic fuit et est verum, etc.*⁴²¹.

82. [G, 128^r] O quam grandis permutacio, qui olim sanctissimus, nunc pessimus Bulderinus et dyabolus incarnatus vocitatur! Ubi nunc illa vox qua extollebatur super omne quod dicitur deus, cum dicebatur sanctissimus et tamen de domino nostro Ihesu Cristo canit ecclesia: *Tu solus sanctus, tu solus dominus, tu solus altissimus, Ihesu Criste*⁴²². Ubi nunc quod dicebatur quod non potest errare et cum prosternebant se ad pedes sanctitatis et ad oscula pedum beatorum. Sunt hec omnia in oppositam qualitatem versa et eradicata quasi plantacio a patre celesti non plantata. Veniant nunc ad medium PALE CZ et STANISLAS, doctores, cum ecclesia eorum romana, de qua in tractatibus eorum *De ecclesia* intitulatis, inquirunt in his verbis: Ecclesie romane caput est papa et summus pater in terris. Ymmo cor, fons et alveus continens plenitudinem pietatis, universas Cristi oves informandi, illuminandi, dirigendi, certificandi. Collegium vero cardinalium, corpus misticum, manifesti et veri successores principis apostolorum Petri et collegii aliorum apostolorum Cristi in officio ecclesiastico cognoscendi, diffiniendi et in universa materia catholica et ecclesiastica. Et sequitur: hii cum papa sunt ecclesia sancta que non debet esse alicui in precepto vel institucione aliqua suspecta, etc.⁴²³. An est ita, non volens credere posset palpare an collegium cardinalium in eligendo talem errant, cum ipsi huiusmodi fore sciverunt ante elleccionem, ut testantur in articulis, de quibus supra, oblatis synodo constanciensi per HENRICUM DE PYRRO, licenciatum in decretis et IOHANEM DE SCRIBANIS de Placencia, promotores et procuratores eiusdem synodi. Ad quos probandum se admitti petunt.

83. Unde in primis ponunt quod dudum tempore Bonifacii pape noni, sic in sua obediencia nominati, dominus Iohannes, tunc Balthazar Cossa appellatus, per illicita media se procuravit familiarem et cubicularium [G, 128^v] prefati domini Bonifacii. Et deinde, inter dictum Bonifacium et

421. *Ibid.*, p. 232.

422. Hymne *Gloria in excelsis* de la liturgie eucharistique.

423. Stanislas de Znojmo et Étienne Páleč écrivirent chacun plusieurs traités sur l'Église, dont l'orientation générale n'est pas mal résumée par les quelques phrases de Nicolas de Dresde. Pour le détail et la bibliographie, cf. mon ouvrage *L'hérésie de Jean Huss*, 2^e éd., Louvain 1975, p. 646 sv.

quoscumque alios, pecunias habentes et dare volentes pro beneficiis et aliis [F, 146^r] spiritualibus, se mediatorem et tractatorem et proxenetam fecit palam publice et notorie. Item dictus dominus Iohannes, tunc Balthazar appellatus, per huiusmodi illicitum questum et symoniacam pravitatem et procuracionem et mediacionem symoniarum et alia media illicita, in paucis temporibus acquisivit et congregavit multam iniquitatis mammonam, copiosumque pecunie thesaurum. Propter quod ex tunc divitis nomen et statum assumpsit ac edificia sibi comparavit. Et sic fuit et est verum, publicum et notorium, sicque ut predicatur dictum, tentum, creditum et reputatum communiter ab omnibus ipsius noticiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur et reputatur ac fuit et est de premissis diffamatus, manifeste, palam et publice et notorie. Item quod deinde prefatus dominus Iohannes, tunc Balthazar nuncupatus, mediante huiusmodi symoniaca et dampnata pecunia, promotus fuit ad cardinalatum et solvit magnam summam pecuniarum et appellatus fuit dominus Balthazar, cardinalis sancti Eustachii. Et sic fuit et est verum, publicum et notorium, ac de ipsis omnibus idem dominus Iohannes fuit et est publice diffamatus, palam et manifeste. Item quod dominus Iohannes, tunc Balthazar appellatus, tantum praticare scivit post mortem bone memorie Allexandri quinti, quod in romanum pontificem electus extitit et se Iohannem XXIII appellavit et ab aliis nominari fecit et, dum traderetur mutuacio nominis, et hominis de viciis in virtutes mutatus fallax fuit opinio. Quinymmo contra sanctorum primum decreta et contra laudabiles romane ecclesie consuetudines veniendo, velud paganus divina officia contempsit, missis et vesperis papalibus interesse non curavit, horas canonicas dicere, ieiunia, abstinencias, [G, 129^r] ceremonias et alia canonica instituta observare^x sprevit. Et, si aliquociens celebravit, hoc fuit currenter, more pennatorum et aringorum^y et plus, ne culparetur totaliter^z de heresi et ne expelleretur a papatu, quam devocionis vel caritatis causa. Sicque, ut predicatur, fuit dictum, creditum, etc. Ita quod breviter dicunt eum malum ante elleccionem et post, ut patet in forma condempnacionis ipsius et deposicionis a papatu. Et mirum est quod ipsum [D, 228^{rb}] condempnant, condempnaverunt et deposuerunt tanquam inutilem pro hiis excessibus, ut patet in articulo LII^o, ubi dicunt: *Item quod supra dictus dominus Iohannes papa fuit et est homo dure cervicis, pertinax peccator, induratus, incorrigibilis, ecclesie dei notorius scandalizator, fautor scismatis aliasque* [F, 146^v] *talis quod papatui seu eius administracioni se reddidit indignum et pro tali habetur, tenetur, et nominatur*⁴²⁴.

84. Mirum ergo quod eum sic quasi inutilem reiciunt pro huiusmodi et quia iniquorum columpna et symoniacorum statua, etc., ut in articulo VI^o

^x observare] servare G

^y aringorum corr. arinigorum

^z totaliter om. G

424. HARDT, t. IV, pars IV, p. 235.

supra⁴²⁵, et tamen hii qui ab ipso confirmati sunt per huiusmodi symoniam in episcopatibus suis et dignitatibus ceterisque beneficiis, per que quasi tota ecclesia est labe symoniaca deturpata, indignis repleta, tam in superioribus quam inferioribus prelatis, quasi irreparabiliter scandalizata (in articulo XVII^o supra)⁴²⁶, et tamen nichilominus volunt esse immunes huiusmodi scandalizatores et benefici vocari. Et quasi Gezy vendens contempnatur, Symon autem magus emens transeat impunitus et quasi Symo magus Gezy contempnaret ut sic regnum ipsorum in se divisum desolari vellent. Quid aliud nisi quo dicitur *Sapientie* II^o: *Sit autem fortitudo nostra lex iusticie. Quod enim infirmum est, inutile invenitur*⁴²⁷. Sic et nunc quia potestate caret et sanctitate, sed regnat qui vincit, cum tamen dicitur *Extra, De accusacionibus, Qualiter* II^o, quod, *concussis columpnis, necesse est ut edificium corruat*⁴²⁸. Sed columpnam symoniacorum et statuum fecerunt [G, 129^v] corruere ut et edificium, quod ab ipsa sustentabatur, rueret.

85. Ideo dictum est supra quod huiusmodi ab exteris potestatibus sunt opprimendi. Concordat ad hoc XXXII di., *Verum*, ubi *Gregorius inter cetera scribit Radulpho et Bartulpho ducibus ... : [Sic officium symoniacorum et in fornicacione iacencium scienter nullo modo recipiatis et quantum potestis tales a sanctis misteriiis, ut oportuerit, prohibeatis*⁴²⁹. Ad hec IERONIMUS, in *Prologo biblie*, et ponitur II^o, q. VII^a: *Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest et quantum ex vita merito edificat ecclesiam Cristi, tantum nocet si destruentibus non resistat*⁴³⁰. *Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare. Negligere enim perturbare perversos, nichil est aliud quam fovere*⁴³¹. Hec ille^a. In hoc enim principes serviunt deo, ut dicitur XXXIII, q. V: *Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina^b tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Et sequitur: Sepe per regnum terrenum celeste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam agunt, rigore principum conterantur. Et sequitur: Agnoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem*

^a ille] ibi G

^b culmina] fulmina G

425. Cf. *supra*, II, p. 207.

426. Cf. *ibid.*

427. *Sap.* 2, 11.

428. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. I, c. 17 (FRIEDBERG, II, 733).

429. *DG*, pars 1a, dist. XXXII, c. 6 (FRIEDBERG, I, 118). Les noms de Radulphe et de Bartulphe ne figurent pas dans l'index des correspondants de S. Grégoire (PL 77).

430. *DG*, pars 2a, causa II, q. VII, c. 56 (FRIEDBERG, I, 501). Emprunté à HIERONYMI *Epist. LIII, ad Paulinum*, n° 3 (PL 22, 542).

431. *DG*, pars 2a, causa II, q. VII, c. 55 (FRIEDBERG, I, 501). Le texte n'est pas de S. Jérôme, mais du pape ÉLEUTHÈRE dans son *Epistola ad Galliae provincias* (PL 130, 122).

Ci-dessus
à la fin

V3^{us} Paris
Verum [qualit
S. 102-